UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 Vtrum actus voluntatis imperetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72759

Visual Library

tentiis,ita obiecta actibus: obiectum autem uſus,eſt F
id,quod eſt ad finē. Ex hoc ergo quòd ipſum impe-
rium eſt ad finem, magis poteſt concludi ,quòd im-
perium ſit prius uſu, quàm quòd ſit poſterius.

Ad tertivm dicendum,ꝙ ſicut actus uolunta-
tis utentis ratione ad imperandum,præcedit ipſum
imperium:ita etiā poteſt dici, ꝙ & iſtum uſum uo-
luntatis præcedit aliquod imperium rationis , eo ꝙ
actus harum potentiarum ſupra ſeipſos inuicem
reflectuntur.

Articvlvs IIII.

Vtrum imperium, & actus imperatus, ſint actus unus, uel diuerſi.

Infr. q.20. art.3.cor.& ad 1.Et 3.q. 35.ar.2.

AD qvartvm ſicproceditur. Videtur, quòd G
actus imperatus non ſit unus actus cum impe
rio. Diuerſarum enim potentiarum diuerſi ſunt a-
ctus:ſed alterius potentiæ eſt actus imperatus,& al-
terius ipſum imperium : quia alia eſt potentia quæ
imperat,& alia cui imperatur. ergo non eſt idē actus
imperatus cum imperio.

¶2 Præt.Quæcunq; poſſunt ab inuicē ſeparari, ſunt
diuerſa:nihil enim ſeparatur a ſeipſo ; ſed aliquando
actus imperatus ſeparatur ab imperio : præcedit.n.
quandoque imperiū,& non ſequitur actus impera-
tus.ergo alius actus eſt imperium,ab actu imperato. H

¶3 Præt.Quæcunque ſe habent ſecundum prius &
poſterius,ſunt diuerſa: ſed imperiū naturaliter præ-
cedit actum imperatum.ergo ſunt diuerſa.

Li.2.Topic. c.2 parum a principio, tom.1.

Sed contra eſt,quod Philoſophus dicit, *
quòd ubi eſt unum propter alterum , ibi eſt unum
tantum: ſed actus imperatus non eſt niſi propter im
perium.ergo ſunt unum.

Ca. ultimo, paulo poſt principiū c.

Respon. Dicendum,quòd nihil prohibet aliqua
eſſe ſecundum quid multa,& ſecundum quid unū.
Quinimmo omnia multa, ſunt ſecundū aliqd unū,
ut Dion.dicit ulti.cap.de diui.no.* Eſt tamen diffe-
rentia attendenda in hoc, quòd quædā ſunt ſimpli
citer multa, & ſecūdum quid unum:quædam uerò
econuerſo.Vnum autē hoc modo dicitur, ſicut & I
ens.Ens autem ſimpliciter eſt ſubſtantia: ſed ens ſe-
cundum quid,eſt accidēs,uel etiam ens rationis . Et
ideo quæcunque ſunt unum ſecundum ſubſtātiā ,
ſunt unum ſimpliciter,& multa, ſecundū quid . Si-
cut totum in genere ſubſtantiæ compoſitum ex ſuis
partibus uel integralibus,uel eſſentialibus,eſt unum
ſimpliciter: nam totum eſt ens & ſubſtātia ſimplici-
ter:partes uerò sūt entia & ſubſtantię in toto. Quæ
verò ſunt diuerſa ſecundum ſubſtantiā, & unū ſe-
cundum accidens, ſunt diuerſa ſimpliciter , & unū
ſecundum quid.ſicut multi homines ſunt unus po
pulus,& multi lapides ſunt vnus aceruus,quæ eſt v-
nitas compoſitionis,aut ordinis. Similiter etiā mul K
ta indiuidua,quæ ſunt unum genere,uel ſpecie, sūt
ſimpliciter multa,& ſecundum quid unum:nam eſ
ſe unum genere,uel ſpecie,eſt eſſe unum ſecundum
rationem.Sicut autem in genere rerum naturalium
aliquod totum cōponitur ex materia,& forma , ut
homo ex anima & corpore, qui eſt unum ens natu-
rale,licet habeat multitudinem partium : ita etiā in
actibus humanis actus inferioris potentię materia-
liter ſe habet ad actum ſuperioris , inquantum infe-
rior potentia agit in uirtute ſuperioris mouentis ip-
ſam.Sic.n.& actus mouentis primi formaliter ſe hēt
ad actum inſtrumenti : unde patet ꝙ imperium,&
actus impatus ſunt unus actus humanus : ſicut qd-
dam totum eſt vnum,ſed eſt ſecundū partes multa.

Ad primvm ergo dicendum,ꝙ ſi eſſent potētiæ
diuerſę adinuicem non ordinatæ,actus earum eſsēt
ſimpliciter diuerſi: ſed quando vna potentia eſt mo
uens alteram , tunc actus earum ſunt quodammo-
do vnus.nam idem eſt actus mouentis , & moti, vt
dicitur in 3.phyſi. *

Text.20. 21. & proximo p̄cedentibus, to.

Ad secvndvm dicendū , quòd ex hoc,quòd
imperium,& actus imperatus poſſunt abinuicē ſe-
parari,habetur quòd ſunt multa partibus: nam par-
tes hominis poſſunt abinuicem ſeparari , quæ tamē
ſunt unum toto.

Ad tertivm dicēdum , quòd nihil prohibet in
his quæ ſunt multa partibus,& vnum toto,unum eſ
ſe prius alio : ſicut anima quodammodo eſt prius
corpore,& cor eſt prius aliis membris.

Articvlvs V.

Vtrum actus uoluntatis imperetur.

2.di. 24.q. art.1. cor.& mal.q.3.ar. 3.ad 5.Cap. 9.parum ante medium, tom.1.

AD qvintvm ſicprocedit. Videtur,ꝙ actus uo-
luntatis non ſit imperatus. Dicit enim Aug. in
8.* confeſ.Imperat animus,ut uelit animus , nec ta-
men facit : uelle autem eſt actus uoluntatis . ergo a-
ctus uoluntatis non imperatur.

¶2 Præt.Ei conuenit imperari,cui cōuenit imperiū
intelligere:ſed uoluntatis non eſt intelligere impe-
rium,differt enim uoluntas ab intellectu , cuius eſt H
intelligere:ergo actus uoluntatis non imperatur.

¶3 Prẹt. Si aliquis actus uoluntatis imperatur ; pari
ratione omnes imperantur:ſed ſi omnes actus volū-
tatis imperantur, neceſſe eſt in infinitum procede-
re,quia actus uoluntatis præcedit actum imperan-
tis rationis,ut * dictum eſt , qui uoluntatis actus ſi
iterum imperatur , illud iterum imperiū præcedet (Art.1.)
aliquis rationis actus,& ſic in infinitum,hoc autem
eſt inconueniens , quod procedatur in infinitum ,
non ergo actus uoluntatis imperatur.

Sed contra. Omne quod eſt in poteſtate
noſtra,ſubiacet imperio noſtro:ſed actus volūtatis
sūt maxime in pōtate noſtra:nā oēs actus noſtri intā
tū dicuntur in poteſtate noſtra eſſe, inquantum uo- I
luntarii ſunt.ergo actus uolūtatis imperanē a nobis.

Respon. Dicendū , ꝙ ſicut * dictū eſt, impe-
rium nihil aliud eſt, q̄ actus rationis ordinantis cū (Art.1.)
quadā motione aliquid ad agendum. Manifeſtū eſt
autem,ꝙ ratio poteſt ordinare de actu uoluntatis: (D.771.)
ſicut.n pōt iudicare,ꝙ bonum ſit aliquid uelle, ita
poteſt ordinare imperādo,ꝙ homo uelit.ex quo pa
tet quòd actus uoluntatis poteſt eſſe imperatus. (D.725.)

Ad primvm ergo dicendū,quòd ſicut* Aug.
ibidem dicit. Animus quando perfectè imperat ſibi (Li.8.conf.c.9. circa medium, to.1.)
vt uelit,tūc iam uult:ſed quòd aliquando imperet ,
& non uelit, hoc contingit ex hoc, quòd non perfe K
ctè imperat.Imperfectū autem imperium contingit
ex hoc,quòd ratio ex diuerſis partibus mouetur ad
imperandum, uel non ad imperandum : unde flu-
ctuat inter duo,& non perfectè imperat.

Ad secvndvm dicendū,quòd ſicut in mem
bris corporalibus quodlibet membrum operatur
non ſibi ſoli , ſed toti corpori , ut oculus uidet toti
corpori:ita etiam eſt in potentiis animę.Nam intelle
ctus intelligit non ſolum ſibi,ſed omnibus potētiis:
& uoluntas uult non ſolum ſibi, ſed omnibus potē
tiis: & ideo homo imperat ſibiipſi actum uolunta-
tis,inquantum eſt intelligens,& uolens.

Ad tertivm Dicendum,quòd cum imperiū
ſit actus rationis,ille actus imperatur,qui rōni ſubdi
tur.Primus aūt uoluntatis actus ex rationis ordina-
tione

tione non eſt:ſed ex inſtinctu naturę, aut ſuperioris cauſę, ut * ſupra dictum eſt: & ideo non oportet ꝙ in infinitum procedatur. [q.9. art.4.]

ARTICVLVS VI.

Vtrum actus rationis imperetur.

[1.q.112, art.4. ad 1.] AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur, quòd actus rationis non poſſit eſſe imperatus. Inconueniens enim videtur, quòd aliquid imperet ſibiipſi: ſed ratio eſt quę imperat, ut * ſupra dictum eſt. [Artic.1.] ergo rationis actus non imperatur.

¶ 2 Pręt. Id quod eſt per eſſentiam, diuerſum eſt ab eo, quod eſt per participationem: ſed potentia, cuius actus imperatur a ratione, eſt ratio per participationem, ut dicitur in 1. * Ethic. [Cap. ultimo, tom.5.] ergo illius potentiæ actus non imperatur, quæ eſt ratio per eſſentiam.

¶ 3 Præt. Ille actus imperatur, qui eſt in poteſtate noſtra: ſed cognoſcere, & iudicare uerũ, quod eſt actus rationis, non eſt ſemper in poteſtate noſtra. nõ ergo actus rationis poteſt eſſe imperatus.

SED CONTRA. Id quod libero arbitrio agim⁹, noſtro imperio agi poteſt: ſed actus rationis exercẽtur per liberum arbitrium. dicit. n. Dama. * [Li.2. de fide. ap.22.] ꝙ libero arbitrio homo exquirit, & ſcrutatur, & iũdicat, & diſponit. ergo actus rationis poſſunt eſſe imperati.

RESPON. Dicendum, ꝙ quia ratio ſupra ſeipſam reflectitur, ſicut ordinat de actibus aliarum potentiarum, ita etiam poteſt ordinare de ſuo actu: unde etiam actus ſuus poteſt eſſe imperatus. Sed attendendum eſt, quòd actus rationis poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo, quantum ad exercitium actus: & ſic actus rationis ſemper imperari poteſt, ſicut cũ indicitur alicui quòd attendat, & ratione utatur. Alio modo, quãtum ad obiectũ, reſpectu cuius duo actus rationis attenduntur. Primo quidẽ, ut ueritatẽ circa aliquid apprehendat, & hoc nõ eſt in poteſtate noſtra: hoc enim contingit per uirtutem alicuius luminis uel naturalis, uel ſupernaturalis: & ideo quantum ad hoc, actus ratiõis nõ eſt in poteſtate noſtra, nec imperari poteſt. Alius autem actus rationis eſt, dum his, quæ apprehendit, aſſentit. Si igitur fuerint talia apprehenſa, quibus naturaliter intellectus aſſentiat, ſicut prima principia, aſſenſus talium, uel diſſenſus non eſt in poteſtate noſtra, ſed in ordine naturæ: & iõ, ꝓprie loquẽdo, naturæ imperio ſubiacet. Sunt autem quędam apprehenſa, quę non adeò conuincunt intellectũ, quin poſſit aſſentire, uel diſſentire, uel ſaltem aſſenſum, uel diſſenſum ſuſpendere ꝓpter aliquã cauſam: & in talibus aſſenſus ipſe, uel diſſenſus in poteſtate noſtra eſt, & ſub imperio cadit.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ratio hoc modo imperat ſibiipſi, ſicut & uoluntas mouet ſeipsã, ut * ſupra dictum eſt, [q.9. art.3.] inquantum. ſ. utraque potentia reflectitur ſupra ſuum actum, & ex uno in aliud tendit.

AD SECVNDVM dicẽdũ, ꝙ ꝑꝑ diuerſitatem obiectorum, quæ actui rõnis ſubduntur, nihil prohibet rationem ſeipſam participare: ſicut in cognitiõe cõcluſionum, participatur cognitio principiorum.

AD TERTIVM patet reſponſio ex dictis.

ARTICVLVS VII.

Vtrum actus appetitus ſenſitiui imperetur.

[Infra q.50. arti.3. & q.56. arti.4. Et ueri. q.25. art.4.] AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd act⁹ ſenſitiui appetitus non ſit imperat⁹. Dicit enim Apoſtolus Roma. 7. Non. n. quod uolo bonum, hoc ago. & Gloſſ. * exponit, ꝙ homo uult non concupiſcere, & tamen concupiſcit: ſed concupiſcere eſt actus appetitus ſenſitiui. ergo actus appetitus ſenſitiui non ſubditur imperio noſtro.

¶ 2 Pręt. Materia corporalis ſoli Deo obedit, quantum ad trãſmutationem formalẽ, ut in primo † habitum eſt: ſed actus appetitus ſenſitiui habet quãdam formalẽ tranſmutationẽ corporis. ſ. calorẽ, uel frigus. ergo actus appetit⁹ ſẽſitiui nõ ſubdit ĩperio humão.

¶ 3 Præ. Proprium motiuum appetitus ſenſitiui eſt apprehẽſum ſecundum ſenſum, uel imaginationem: ſed non eſt in poteſtate noſtra ſemper, quòd aliquid appͥhendamus ſenſu, uel imaginatione. ergo actus appetitus ſenſitiui non ſubiacet imperio noſtro.

SED CONTRA eſt, quod * Grego. Niſſenus dicit, quòd obediens rationi diuiditur in duo, in deſideratiuum, & iraſcitiuum, q̃ pertinent ad appetitum ſenſitiuum. ergo actus appetitus ſenſitiui ſubiacet imperio rationis.

RESPON. Dicendum, quòd ſecundum hoc aliquis actus imperio noſtro ſubiacet, prout eſt in poteſtate noſtra, ut * ſupra dictũ eſt: & ideo ad intelligendum qualiter actus appetitus ſenſitiui ſubdatur imperio rationis, oportet conſiderare qualiter ſit in poteſtate noſtra. Eſt autem ſciendum, ꝙ appetit⁹ ſenſitiuus in hoc differt ab appetitu intellectiuo, qui dicitur uoluntas, quòd appetitus ſenſitiuus eſt uirtus organi corporalis, non autem uoluntas. Omnis autem actus uirtutis utentis organo corporali, dependet non ſolum ex potentia animę, ſed etiam ex corporalis organi diſpoſitione, ſicut uiſio ex potentia uiſiua, & qualitate oculi, per quam iuuatur, uel impeditur. vnde & actus appetitus ſenſitiui non ſolum dependet ex ui appetitiua, ſed etiam ex [d] diſpoſitione corporis. Illud autem, quod eſt ex parte potentiæ animę, ſequitur apprehenſionem: apprehenſio autem imaginationis, cùm ſit particularis, regulatur ab apprehenſione rationis, quæ eſt uniuerſalis: ſicut uirtus actiua particularis a uirtute actiua uniuerſali. Et ideo ex iſta parte actus appetitus ſenſitiui ſubiacet imperio rationis: qualitas autem & diſpoſitio corporis non ſubiacet imperio rationis. Et ideo ex hac parte im-

¶ Super quęſt. decimaſeptimę articulum ſeptimum.

IN reſponſione ad ſecundum articuli ſeptimi, collecto ex litera ordine apprehenſionis, appetitus, motus cordis, & qualitatis ſequentis, aſpice, quòd uarius motus cordis ex apprehenſione, & appetitu animali naſcens, corpus mouet, & alterat ſecundum diuerſas qualitates: [Eſt gl. Aug. li.3. contra Iulia. ca.26. tom.7.] alteratum autem corpus uarie etiam afficit imaginationem, & appetitum, ut ſuperius habitum eſt, [p.p.q. 105. arti 1. & q. 110. ar.2.] & uarie diſponitur ipſum corpus ex hoc ad ſanitatem ad cor, ad habilitatem hanc uel illam. Et cum hæc aſpexeris, uidebis quòd pluries accidentia contingentia perſonis patientibus exſtaſim, & huiuſmodi, cauſantur ex ſua apprehenſione originaliter: quãuis forte conſuetudo mutata in naturam, etiam inuitas poſtmodum afficiat. [Li.4.c.8. circa med. & c.9. in prin.] Cuius ſignum eſt, quòd ſi diutius ad oppoſitos mentis actus ſe toto conatu transferunt, ab huiuſmodi accidentib. deſeruntur, ut experientia fide digna didici: quamuis exorbitans motus cordis manifeſtè apparens in his, ſufficiens teſtimonium afferat, ꝙ [Art.6.] ſecundum naturalẽ cauſarum ordinem hæc fiant, ſecundum quas materia corporalis nec proprio intellectui, nec angelico, ſed diuino tantũ obedit ad alterationem, niſi mediante motu locali, propter quod ſaluandum, hęc ſunt dicta.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem ſeptimi articuli aduerte duo. Primum eſt, quòd imaginatio nõ quorumcunque, ſed conſideratorum a ratione, ſubeſt imperio rationis, ſi tamen imaginabilia ſunt: [D.221.] quoniam imaginatio nata eſt ad imperium rationis formare noua phantaſmata infra latitudinem intellectorum. quod dicimus propter cæcum natum, cuius imaginatio nũquam formabit phantaſma coloris, qui nec a ratione eius intelligitur. Secundum eſt, quòd tam imaginari, uel non imaginari hoc